

Amumque: quod tamen ex præcipuis; unde totum bellum est civile, una fuit causa. Spiritus enim illum incesere tantum, ut nimum sumperit audaciam & contemptum Caesaris virium: quali neque armis in eum, neque graviore mole opus esset habiturus: sed longe facilius eum, quam evexisset, deiecit.

Plut. in Pompejo.

M. Tul. Cicero in exilium à Clodio Trib. pleb. eiecit. fuit. Annus Milo tribuus plebis ausus ut princeps fuit Clodium in iudicium trahere: magna etiam pars populi, frequenterque ex municipiis cum Pompejo conspirare. Horum ille agmine forum occupavit deiecit Clodio, ac populum in suffragia misit. Proditum memoria est, nullam unquam rem tanto consensu scivisse populum. Senatus cum populo certans decrevit, ut honos haberetur civitatibus, quæ in Ciceronem, dum exularet, fuissent officiosæ: domus ejus & villa, quas diruerat Clodius, ut ex publico instaurarentur. Reversus ab exilio Cicero est mense decimo sexto, tantaque municipiorum omnium læticia, & favore hominum prodium ei obviam est, ut quod lætavit postea Cicero, minus esset vero. Ait enim Italiae se humeris reportatum. Si quidem ipse M. Crassus, qui gesserat ante exilium cum eo inimicitias, magno studio tunc ei occurrit, rediitque cum eo in gratiam, indulgens, ut ferebat, filio Publico amico Ciceronis. Plut. in Cicerone.

Cæcilius Episcopus Arelatensis, ab Alarico Gothorum rege iniuste relegatus, cognita ejus innocentia, ab eodem domum revocatus est. Cujus reditus ab universa civitate, totoque clero cum crucibus & cereis obviam effuso concelebratus, illud præterea boni civibus attulit, quod terram illud fecerat arenam, excelsus sub ingressum ejus caelo imber largissimus irrigavit. *Sign. l. 16. Imp. occid.*

Nicolaus Caponius Florentinorum dictator, cum summa fide Rempubl. diu administrasset, tandem populati seditione magistratu deiecit, cum proditorum causam dixisset, omnibus ferè iudicium (sententia absolutus est, circa annum Salutis 1527. Curia excedentem, omnes optatum ordinem domum deduxerunt tanta frequentia, ut quum ad paternæ domus limen trans Arnium agendis gratis subsisteret, novissimi agnitionis pars graviter & honorator, præ turba, ad curiam limen adhuc hæret: & multi ex his, qui eum damnatum volebant, altam dissimulatione comitantibus admiserunt: insitque magni triumphi ea frequentia pompa, intermixto lacrymis gaudio, Caponius gentiles & propinqui probeque civis maxime lætarentur. Tantum vero obtulit, ut quicquam primæ exultationis in ipso, ex tanta summi honoris læticia, deprimeret, ut iuperata inimicorum acerbitate, nova quadam incorrupti constantique animi gloria adaugeri & reholescere cerneretur. *Sab. Juplem. l. 12. ex Iovio.*

Deprecationis.

Jaddus Pontifex Hierosolymitanus cum sacerdotibus occurrit Alexandro Magno, deprecatur veniam, placaturusque iratum regem, ob denegatum comineatum, & auxiliares copias adversus Darium. *Iosephus l. 2. c. 8. & Sabell. libr. 5. Ennead. 4.*

Lupus Episcopus Trecentis, seu Trojæ, Atilæ Hunnorum, à pugna Catalanica reliquias Gallæ urbes everti, habitu indutus Pontificali cum multitudine cleri obviam processit: factaque salutatione, interrogavit Atilam, Quisnam esset, qui tot regibus devictis cuncta vi sibi subderet. Cui Atilla: Ego, inquit, sum rex Hunnorum, flagellum Dei. Qua voce Lupus territus: Quis, inquit, mortali flagello Dei resistit, quod minus in omnes, quos vult, læviat? Veni igitur, ut dicis, Dei mei flagellum, quo liber, proficiscare, omnia tibi, ut Dei ministro, me non repugnant, parebant. Jubeat inde portas urbis referri, ac Atilam (si neminem equi honoris causa manum tenens) summa veneratione introduxit, qui sine humanitate victus Episcopi, five Dei voluntate, sine illius cæde & detrimento, per urbem mediam cum omnibus suis copiis progressus, altera urbis parte egressus est. *Olav. c. 9. in Atilla.*

EYOCATIO HONORIFICIA.

Franciscus Paulus eremita, vir natione Calaber, à tertio decimo anno utique ad sexagesimum eremiticam egit vitam obfonsio nullo cibos suos mollicente. Missus igitur à Ludovico XI. Gallorum rege ad Ferdinandum seniores Neapolitanum regem oratoribus, qui precibus multis hoc petere: vix tandem, Sixto IV. pp. ita jubente, adduci Franciscus potuit, ut in Galliam ad Ludovicum se conferret: à quo per omne regnum, quò iter habuit, præmissis sacris, ceu à Cardinalis cum

legationis honore illic tenderet, exceptus fuit: & quantum literarum expertus esset, ab eo rege ejusque filio Carolo IX. consiliis de magnis rebus adhibebatur, sententiaque ejus prætebatur: Alexandroque VI. Pontifice hoc præbente, princeps quintæ regulæ factus fuit, quæ postea ab eo nomen accepit. *Fulgosus l. 2. c. 5.*

Carolus V. Imp. cum Neapolim venisset, fama Augustini Niphi Sveliani, summi de arte philosophi, cuius eruditio in Aristi. plerisque libris extant commentaria, motus, eum ad se venire iussit, & inter alia, cum, Quia ratione principis optimè regnum administraturus sit, interrogasset: respondit Niphus, Si tales, qualem tu me esse putas, Imperator, consiliarios & administratos habuerit. Respondit acumen admittat Carolus, encomiis ornatum à se dimisit.

CONGRESSUS, ACCESSUS

HONORIFICUS.

Retulimus superiore loco inter Testimonia honorifica, Aspectum & Concursum ad spectandum, tanquam non am. F. Andorriatis. Hic Congressus non spectandum, sed in conserjando passim consideramus.

Regina Saba ex intima Æthiopia Hierosolymis profecta est, ut Salomonis regis sapientiam frueretur colloquio.

Judith Meratus filia, Manassis vidua, Bethulensis, Holofernem pulchritudine sua deceptum occidit. Post id factum Joacim Pontifex Hierosolimitanus cum universo senatu Bethuliam venit, videnda & salutanda Judith ergo. Mulieres quoque ex tota Israelitarum terra concurrere ejus videndæ gratia. Illa se & ancillam olæ cotonas, omnesque turbam precedens, salutationem inchoavit, sequentibus omnibus Israelitis armatis cum musicis instrumentis, & præclaro carmine Deo gratias egit. *Judith. 15.*

Maria virgo, cum Salvatore conceptisset, ad Elizabetham cognatam suam, quam ex Angelo jam sex menses prægnantem cognoverat, in montana ascendit, ex Galilea, ut verulam illam piis suis foveter ministeret. Atque ut Maria aratis honorem habuit Elizabethæ, ita vicissim Joannes in Elizabetha utero, Salvatore adhuc tenello in Matre utero, adoracionis honorem exhibuit, cum mater eum subfuisse afferret. *Luc. l. 6. En. 6.*

Magi ab Oriente in Judæam venerunt, Christum Judæorum regem, cuius stellam viderant, adoraturi. Quo occurrit nullus unquam vel honorator, vel humano generi felicitior extitit. *Matth. 2.*

Glaucus, Epicypidi filius, Spartæ, tanta justitia præditus fuit, ut multi hospites ad eum videndum Lacedæmonem peterent. *Herodotus.*

Agentibus conventum Græcis in Isthmo, ubi bellum contra Perlas decrevere, Alexander Magnus dux est declaratus. Quem cum viri respublicæ tractantes, philosophique frequentes obviam irent salutatum gratulamque, idem officium expectavit à Sinopem Diogene, qui apud Corinthum agebat. Ut hic in Cranio otium agens, nihil de Alexandro laboravit: profectus ipse ad illum est. Fortè apud abatur tunc stratus. Paululum autem allevavit se solum, tanta hominum accedente cæterva, atque Alexandrum intulit est. Qui ubi eum salutat, affatusque requisit: Ecquæ re haberet opus? Recede, inquit, paulisper ex Sole. Perhibetur in tantum permotus Alexander fuisse, & obtulisse contemptus despicientiam hominis, & animi celsitudinem, ut cum comites sui inter abeundum ipsum riderent ludenterque: Atqui ego, inquit, nisi Alexander essem, Diogenes esse vellem. *Plut. in Alex.*

Ad victorem Alexandrum Magnum Babylonem ex omnibus ferè orbis terrarum partibus legati venerunt. Aliqui, ut ea que feliciter gessisset, gratularerentur: alii, ut coronas offerrent: nonnulli amicitiam & societatem ejus petierunt. A multis splendidissima afferbantur munera: quidam etiam de objectis criminibus le expurgatum venerant. Non tantum nationes, populi, Principesque Asiæ diversas legationes miserant, sed pleraque erant ex Europa & Africa: hinc quidem Carthaginensium, Libophenicorum, gentiumque omnium juxta mare ad columnas utque Herculis habitantium: illinc autem Græcorum complurium civitatum, Macedonum, Illyricorum. Missa etiam sunt ab his qui vicina mari Adriatico incolunt, à Thraciæ gentibus ac Gallis conterminis, que gens tunc primum Græcis ceperit innotescere. Alexander auditis omnium legatorum voluntatibus, constituit, quibus primum & deinceps per ordinem à se respondendum esset. Primi expediti sunt, qui lacrarum rerum causa venerant secundi, qui munera attulerant tertii,

A tertii, quorum tractatio erat de obsequiis: quarti, quibus de privatis negotiis agendum: ultimus fuit locus exulium restitutionem detrectantibus. *Diod. l. 17.*

Ad P. Scipionem Africanum, in Linternina villa latitantem, complures prædones duces videndum eodem tempore forte confluxerunt. Quos cum ad vinum faciendam venire extulisset, præsidium domesticorum in tecto collocavit, craque in his repellendis & animo & apparatu occupatus. Quod ut prædones animadvertissent, dimissis miliibus, abieciisque armis, janæ appropinquaret: & clara voce nuntiant Scipioni, non vitæ ejus hostes, sed virtutis admiratores venisse, conspectum & congressum tanti viri, quasi caeleste aliquid beneficium, expectantes. Hæc postquam domestici Scipioni retulerant, fores referati, eoque introniti iussit. Qui postea janæ tanquam aliquam religiosissimam aram, sanctumque templum venerati, cupidè Scipionis dextram apprehenderunt: ac diu osculati, postis ante vestibulum donis, quæ deorum immortalium numini consecrari solent, læti, quia Scipionem vidisse contigerat, abierunt. Quid hoc fructu majesticæ excelsus? quid itam jucundum? Hostis itam admiratione sui placavit, B. spectaculo præsentis vite latronum gestientes oculos obstupescit. Delapsa cælo sidera hominibus se offerant, venerationis amplius non recipiant. *Valer. Max. lib. 2. cap. 5. Ejar. l. 2. c. 5.*

Cum libertores justi Consulatum Rom. aliquem è domo evocarent, fores ædium virga percutiebant, quasi eo signo publicam adesse personam innolesceret. Si quid tamen ob claritatem dignitatem desideraret, virga ferre percuti vetabant. Cum ergo Pompejus Magnus sancto Mirhidatico bello Possidonium domum summi sapientie professoris esset Rhodi ingressus, fores virga percuti vetuit, & fauces summis. *Alex. l. 1. c. 27. ex Plin. l. 7. c. 30.*

C. Jul. Cæsar victis Gallis Lucam urbem suæ provinciæ terminum progressus, Cn. Pompejum & M. Crassum officii prætextu ex urbe extraxit. Cæterum multi Cæsaris munificentiam secuti, sua sponte ad eum ex Roma & provinciis confluerunt, in hisque Apionis Sardinie prætor, & Nepos proconsul Hispaniæ, atque alii aliunde, ita ut uno tempore centum & viginti libertores cum sacibus in Cæsaris vestibulo observati sint. Venerunt eorum senatorii ordinis circiter ducenti, quos ille incredibili munificentiæ est profectus. *Sabell. lib. 6. En. 6.*

Plinius Junior Epist. lib. 2. ad Nepotem: Legimus, inquit, Gaditanum quandam T. Livii fama gloriæ commotum, ad videndum eum ab ultimis terrarum finibus luc usque peregrinatum esse. Quod eo majore admiratione est dignum, ut quem Cæsar Augustus, qui tunc orbi terrarum universo imperabat, aut Roma ipsa rerum domina, & omnium civitatum domicilium, ad se trahere non poterit, unius privati viri fama ab ultimo mundi angulo pertraheret.

Torila Gothorum Rex, Benedicti Abbatis Cassinatis fama impulsus, ad eum in Cassinatem montem profectus est videndum: eum tunc ipsum suscepra adversus urbem Romam expeditio occupatum habebat. Ut igitur in ejus conspectum venit, & solus sederet senio & squilore obitus Abbas: tamen ut eum intulit est, quanquam adhuc longè ab eo esset immanis ac barbarus Rex, quem Imperii Romani magnitudo non movebat, senis & inopis Abbatis auctoritate motus est.

Ad terram enim concidit humi utroque nixus genu, sanctoque homini, eum ejus conspectu indignus, appropinquare non audebat. Neque Abbatis hortationibus ante se movit, quum Abbas ad eum profectus, manu sua ipsum levavit. Potentiam enim homunculæ virtus apud ferocis regis verendam poterat id efficere, quod nulla humana potentia, ut præsertim Torila vellet regi alicui, ne dum privato homini, effecisset. *Fulgos. lib. 2. capite 5. ex lib. 2. Dial. 13. Gregorii.*

CONVERSATIO HONORIFICA.

Jesus Christus Dominus noster convivio nuptiali non dedignatus est interesse, non modo ut conjugium in præsentis honoribus serviret, sed & ut matrimonio dignitatem commendaret & sanctificaret. *Joan.*

Cadmus Agenoris F. Harmonium Martis & Veneris fillam uxorem duxit. Nuptiis illius Diu omnes interesse finguntur. *Paul. in Bæoticis.*

Pericles Atheniensis, licet admodum ab hominum conversatione abhorretet, & amicorum etiam convivium fugeret: apud Euryptolemum tamen nuptiali convivio interesse voluit, ut nuptias mirum in modum probare videretur. *Plut. in E. Pericle.*

Protemæus Philadelphus Ægyptiorum Rex, quinto quoque die privatorum causas audire solebat, semel vero in mensibus legatos. At quamprimum lxxii. Interpretes Judæi venerunt, cum illis assidue per duodecim dies vetustus est. *Ioseph. l. 12. c. 2.*

DEDUCTIO, COMITATUS HONORIFICUS.

Exempla quedam ex Tit. Triumpho comiter, civium servatorum, qui triumphantis currum sequebantur, peripotentiam. Item ex Tit. Inaugurationum.

David regno pulsus ab Absalon F. trans Jordanem pugna commissa superior, cæso Absalon, ab Israelitis denud in regem receptus, Judeis significavit, ut primi essent in regem deducendo tanquam cognati. Judæi ergo cum Beniamitis ad Gulgala profecti, regem Jordanem traduxerunt, constructo ponte. Id relique decem tribus ægrè tolerant, quod se inficitis soli Judæi regem tanquam suum traduxissent, & hæc ratione contempti ab illis fuissent. Judæi se excusare, & contanguntis jure id fecisse (quia rex è tribu Juda esset) dicitur. Interea Seba Bochris F. Beniamita, tuba signo dato, decem tribus à Davide abduxit. *2. Reg. 19.*

Themistocles Atheniensis, qui non fuisset honore affectus ab his, qui ad Salaminem dimicassent, Lacedæmonem se contulit. Eum Lacedæmonii & splendide exceperunt, & magnificè honoraverunt. Et primas quidem partes rei bene gestæ Eurypidæ, solebat verò ac dexteritatis, Themistocli dederunt, & utrique oleaginam coronam donarunt: Præterea hunc biga (quæ apud Spartam erat) præstantissima, laudatumque verbis amplissimum, trecenti ex primoribus Spartiarum, qui Equites vocantur, discendentem, ad Tegeticos usque fines comitati sunt. Hunc solum ex omnibus, quos novimus, hominibus Spartiæ abeuntem duxerunt. *Herod. l. 8.*

Timoleonem Corinthium Siracusani ob restitutionem libertatis honorarunt magnificè deductione. Cum enim majoribus eum deliberationibus adhibere vellet, medio foro vehabebat eum cæcum præsenio, curru ad theatrum: vehiculo, in quo sedebat, illaro, populus una voce appellabat salutatque illum. Ille reddita salute, audiens, qua de re deliberarent, inde suam dicebat sententiam. Qua comprobata, reducebant eum currum ministri ejus: civis autem voce, & acclamatione, & plausu prosequuntur. Mortuum quoque honorificè extulerunt, & ludis in perpetuum honorare instituerunt, & monumentum in foro extruxerunt. *Plut. in Timoleonte.*

Apud Spartanos in Senatorem electus, & concione coronatus ad omnia templa circumibat. Sequebatur hinc grex juvenum collaudantium eum, & extollentium, hinc cætera mulierum carmine virtutem celebrantium, & vitam ejus in cœlum ferentium. *Plut. in Lycurgo.*

L. Paul. Æmilius Consul & dux designatus adversus Persem, à toto populo deductus domum honorificè, filiolam Terentiam admodum puellam offendit plorantem, eamque appellans, quid tristis esset, quæstivit. Illa cum complexa & deosculata dixit: Nescis pater Persem nostrum perisse: caellum domesticum ejus nominis significans. Paulus autem respondit: Bene habet, accipio filia omen. *Cic. de Divin. Plut. in Æmilio.*

M. Porc. Catonem admiratio fortis ac sinceræ vite ad eum venerabilem Senatui Rom. fecit, ut cum invito C. Julio Cæsare Cos. adversus publicanos dicendo in curia diem extraheret, & ob id ejus iussu à carcere in carcerem duceretur, universis Senatus illum sequi non dubitaret: Quæ res divini animi perseverantiam flexit. *Valer. l. 2. c. 5.*

P. Scipio à pop. Rom. è concione, in quam ex falsa Tribunorum plebis accusatione reus descenderat, eo ipso die, quo ante aliquot annos de Annibale & Pœnis egregium victoriam consecutus fuerat, in Capitolium & ad omnia templa urbis magna cum solemnitate deductus est. *Aulian. vita Scipionis.*

M. T. Cicero cum de conjuratis supplicium sumpsisset, & per forum reciperet se domum, non tenuerunt silentium cives, neque sedate deduxerunt eum: sed ut quos præteritibus, acclamationibus exceperunt & plausibus, servationem & conditoræ patriæ appellantes. Vix crebris lapidibus & siccibus quis accederant, pro foribus collucebant. Prælucebant ex tectis matrones, orandi & contemplandi causa Ciceronis: quem amplissima frequentia domum reducebant principes: quorum plerique magnis perpetratis bellis, post triumphos actos, & in mulum

A multum anctum terra marique impetium, incedebant, aperire inter se ferentes, populum R. multis ejus avi Imperatoribus & ducibus pecunia, manibus, & incrementum potentie referre accepta: securitatem & salutem uni tantum Ciceroni, qui tantum & tam famam ipsorum discussisset periculum. Neque enim reprimere cepta ipsorum, & punire flagitiosos, videbatur mirandum: sed quae maxima fuisset omnia memoria conjurato, hanc quodam minimo detrimento, sine seditione & motu retinisset. *Plin. in Cicerone.*

Lucius III. Papa, Concilio Veronani indicto, Mutinam progressus, basilicam S. Geminiani magna caeremonia dedicavit, ac corpore ipsius Confessoris ostenso, in perpetuum quadragenariam peccatorum remissionem iis, qui noxis suis expiati, sancte illius Natalitia coluissent, indulgit. Postridie sub lucem, civitati salutem, atque incrementum a Deo precatus, turbe exiit, & cum ad mille circiter passus esset progressus, quod adhuc non senserat, inusitato se comitatu Hispanum animadvertit. Erant autem hominum amplius duo millia, quae honoris ac pietatis gratia ipsum ab urbe pedibus prosequuta, cum accessis ceteris praecedebant. Itaque ad eos conversus, his verbis dimisit: Gratias agimus vobis de honore, quem nobis tam indignem exhibuistis; ac signans eos addidit Benedicta sit terra, quam incolitis, & benedicti vos, & posteri vestri in perpetuum. Cujus rei monumento Mutinenses tabulam in pariete basilicae in forum vergente, hanc historiam continentem, ut nunc quoque est, posterunt. *Signinus l. 15. regni Ital.*

Alexander Severus Imp. devicto Artaxerxe Perlarum Rege potentissimo, cum ingenti gloria, comitante senatu, equestris ordine, atque omni populo, circumfusus undique mulieribus & infantibus, & maxime militum conjugibus, pedes palatium descendit, cum retro currus triumphalis a quatuor elephantis traheretur. Levabatur manibus omnium Alexandri, vixque illi per horas quatuor ambulare permittum est, undique omnibus clamantibus, Salva Roma, quia salva est Alexander. *Lampadius in Alexand. Severo.*

CONGRESSUM, ASPECTUM, OCCURSUM,

HONORIFICE DECLINARE. VIA cedere.

Hippula fororum Romanum accessit a Sulpitia matrona castissima, aspectum ejus declinare subterfugit. *Lud. Vives de Christiane femina lib. 2. ex Livio, qui eam prope exanimata fuisse scribit.*

Observatum contra Coriolanum patriam, Romani feminis viros semita cedere jussere. *Plin. in Coriolano.* Malabares Indi nobiles, si vir ignobilis eos attingit, nobilitatem contaminant, gemitque pollut centent, & tam indignem injuriam illam caede mittens hominibus, qui in eos inciderunt, ulciscuntur. Idcirco qui nobiles non sunt, quoties iter faciunt, voces edere coguntur. Nobiles vero, cum eos advenerat ex vocibus illorum praesentiant, eos desedere de via jubent: & sic fit, ut ignobiles mortis, nobiles maculae sempiternae periculum depellant. *Orosius l. 2. rerum Etr.*

SACRIFICIA PRO ALIORUM

SALUTE HONORIFICA.

Judaei pro Romanis principibus subinde sacrificia faciebant, ex communi impensa quotidie: cumque nullas alias hostias ex communi, ne pro filiis quidem, petagerent, solis Imperatoribus hunc honorem exhibebant, quem alioqui hominum nulli pertolerent. *Ioseph. l. 2. contra App.* Cn. Pompejus ancepsit morbo Neapoli confictatus convaleuit. Neapolitani, auctore Praxagora, pro incolunitate ejus sacrificaverunt. Quos fecit vicinis, eaque totam pervagante Italiam, civitates tam parvas quam magnas ferias per multos dies egere. *Plin. in Pompejo.*

GESTATIO HONORIFICA.

Batavi & Germani Regem electum attollere humeris, & securo exceptum succollere per vices solent. *Alex. l. 1. c. 28.* Olympionices, & reliquos factorum certaminum victores in patriam reverentes, civis qui per multa passuum millia sublimes ferebant, ne terram coningerent, nec per portas, sed per pontem supra mœnia fabretachum, introducebant. *Plin.*

Stephanus II. factus pontifex, ob insignem vitae integritatem, humeris omnium praegaudendo exultantium fuit sublatus, atque in aedem Servatoris ad Latranum deportatus. Quem ritum deinceps servarunt successores, ut se humeris fatellium circumferri curent in hexaphoro. Sic enim lectica illa apud veteres Rom. vocabatur. *Polyd. lib. 4. c. 10. de Rerum invent.*

SUSTENTARE INNITENTEM.

Regibus Spartanis licet, quibuscumque libeat civibus, inniti. *Herod. l. 6.*

MINISTRARE, APPARARE,

HONORIS ERGO.

Consule Tit. Comitatus honorifici, quatenus ministerium honorificum conjunctum habet comitatus.

Regibus Spartanis centum delecti viri in militia custodes adfunt. *Herodotus l. 6.*

Lictores Vestalibus, & Sacerdotibus, mox Caesaribus & summis Imperatoribus, cum virgibus laureatis, & Augustis mulieribus pro muliebri fastigio praeferebant. Quare Agrippinae matri Neronis, perpetuo senatusconsulto, lictores duo tribuuntur, & flammium Claudiale. Contra, Tiberius Drusillae matri decerni lictorem minime passus fuit, licet Augustus illam in familiam nomenque Augustae testamento alciuisset. Si quando dicatori, consuli, aut praetori praerent pro imperii majestate lictores, obvium quemque semita cedere, denudare caput, & obsequii honorificae causa equo descendere jubebant, obviamque turbam virga subebant, & summebant. *Alex. l. 1. c. 27.*

Ludovicus Imp. Nicolao Pontifici obviam ad mille passus procedens, ex equo descendit, & frenum equi Pontificis tenens, duxit eum pedes in caltra sua. *Simoneta lib. 5. cap. 11. de Pontif.*

Lotharius Imp. Regem Daniae, ut ense sibi viri corona desereret, ad decorem Imperialis dignitatis, impulit. *Cyprian.* Hauricus II. Anglorum Rex, cum Henricum F. constantem regni fecisset, dedit eo ipso die epulum, in quo honoris causa primum ferculum silio opposuit. *Polid. l. 3. & Amelin.*

Henricus II. Imp. cum Cunegunde regina, Bambergensis Episcopi a se instituti auctoritatem & opes promoturus, quatuor Principes seculares, Romani Imperii electores, ad hoc delegit, ut in ea celebritate, quando primum Episcopus Bambergam de more intrat, ipsi tum adessent, ac gratulationis honorifice causa certo in ministrando fungerentur obsequio. Marchionem etenim Brandeburgensem Cameræ praepositum voluit: comitem Palatinum Rheni, qui dapes: Ducem Saxoniae, qui ense ferret: Boemiae vero regem, pincernam constituit. Proinde hi appellati sunt supremi officiales Episcopi Bambergensis. Verum cum hi principes in remotis agant alios suo loco substituerunt, militaris generis viros, qui eorum repraesentarent personas. *Chron. Bambergense.*

EXPEDIRE CITO, HONORIS CAUSA. Judaeorum legatis a C. Jul. Caesare praemissum, si quando comitererent dicator vel Magistro equitum, ab eo in Senatum introducerentur, & responsa eis intra decimum diem darentur. *Ioseph. l. 14. c. 19.*

A TURPIBUS ABSTINERE,

HONORIS ERGO.

Cyrus contra Altyagem avum Medorum Regem pugnavit, ter victus discessit. Cum autem Periarum uxores & liberi Pasargadis essent, quartum praedium in eo loco commisit. Rursus in fugam Perse vertebantur. Ast ubi liberos & conjuges obvias conplexere, animo ex pudore recepto, conversi, Medos sine ordine persequentes fugarunt, victoria tanta, ut nullo in posterum de summa rerum, praedio indigerent. *Polydorus lib. 6.*

Apud Rom. parentes cum liberis, nepotes cum patris vel aviae, foeteri cum generis communi balneo non utebantur, denudate se & reterege embutescentes: post tamen a Graecis adaperire se dederunt. *Plin. in Catone & Ciceroe.* Philippus Amyntae, cum talis aliquando luderet, ac quidam nunciasset, Adesit Anipater, veritus cum, abacum impulit suis thorum. *Arben. l. 10. c. 12.*

M. Porcio Carone ludos Florales, quos Messius aedilis faciebat, spectante, populus, ut Mimae nudarentur, postulare erubuit. Quod cum ex Favonio amicissimo sibi sua sedente cognovisset, discessit in theatro, ne praesentia sua spectaculi consuetudinem impediret. Quem abeuntem ingenti plausu populus prolecurus, praesentem morem jocorum in cenam revocavit: confessus, plus se majestatis illi uni tribuere, quam universis sibi vendicare. Quibus opibus, imperiis, quibus triumphis hoc datum est: Exiguum viri patrimonium, adstricti contentia mores, modicae clientelae, domus ambitioni clausa, parer

CURRUS, SELLÆ HONOR.

L. Metello, qui ob raptum ex templi Vestae incendio Palladium, luminibus orbatus est, datum, ut, quoties in Senatum iret, curra veheretur, ut ejus de republica merita cunctis innotesceret. *Plin. l. 7. c. 43.*

M. Val. Vollellus Elio, quod Sabinos fudisset, & castris excussisset, locus in circo ad spectandum cum sella curuli, posterique permissus est. *Alex. l. 4. c. 11.*

LUMINIS, FUNALIS, CEREI HONOR.

C. Duillo, qui navali praedio Carthaginensium classem fudit, praeter curulem sellam, ut quoties a cena rediret, funale praefereatur, & tribicen praecineret, concessum.

Alexander III. Pp. Venetorum Ducem funale album, quod solis Pontificibus Rom. praefecti consueverat, concessit, ob patrocinium sui contra Frideric. Imper. *Naucl. volum. 3. gen. 40.*

Peteptraque ex Loco de Cereis.

LOCA HONORIFICA.

Prædicia Prima sedes, Incessus.

Vide Locum de Dextera.

Apud Turcas digniorem haberi locum sinistram, observavit Augustus Giffenius Boshegus, Imperatoris Ferdinandi ad Solimanum legatus. Cujus rei causam asserunt illi, quod eam partem gladius honestet: & qui sit in parte dextra, quodammodo gladium habeat sub manu ejus, qui sinistram latus claudit: ille vero gesserit liberum & expeditum.

Apud Aegyptios ad dexteram locari magnus est honos habitus, in medio vero maximus. Quod aequè apud Aitos & Romanos observatum est. *Alex. ab Alex. l. 2. c. 19.*

Apud Romanos inter Consulium & lictorem ambulare, licebat nemini. *Val. Max. lib. 2. c. 1. & Gel. lib. 2. c. 2. Att. not.*

In Consilio capiendis, explicandis.

Cum Creso Lydorum Rex amplissimis muneribus Delphos accessisset, illi vicissim Cresio & Lydis donarunt primas in consulendo oraculo partes, ac denunciationem, primumque in sedendo locum, immunitatem praeterea & jus perpetuum cuique volenti adscribi in numero Delphorum. *Herod. lib. 7.*

Spartanis Regibus licet suo arbitrio asidere in senatu, qui postea ex duodeviginti senibus. Si eò non accederent, eorum maxime propinqui duo senatores, jus regum obtinent, quos calculos ponendi, tertium pro seipis. *Herod. l. 6.* Alcibiades in oratione contra Ctesiphontem testatur, hoc Solonis legibus fuisse cautum, ut in consultatione natu maximus primus diceret. Et apud Athenienses olim fuisse morem, ut praeco facturus dicens facultatem ita sonaret, *ἴτε ἀρχαῖον βήταρα πρὸς τὰς πρυτανίας ἴτε γεγραμμένον*; id est, Quis vult concionari ex iis, qui quinquecentum excesserunt annum? *Erasmus in Adagio.*

In Consilio publicis privatisque.

Cn. Flavius edilis, quod invidia nobillium sibi non concessam asseruit. *Gellius l. 6. ex l. 3. Annal. L. Pisonis.*

Mortuo Micipsa Rege Numidae, Adherbale, Hiempsale, filius, & Jugurtha nepote, ex fratre relicto haeredibus, funere & exequiis multa celebritate peractis, quum regni in unum convenissent, de regno in medium consulatui, Hiempsal fratrum minimus natu, dexter Adherbali assedit, ne Jugurtha medius sederet (qui locus, ut plerique gentibus, ita fuit & Numidis honoratissimus) agrèq; alterius fratris monitu adduci posuit, ut atati cederet. Mox vero, quum primum omnium Jugurtha censuisset, omnia Micipsa consulta & decreta proximi quinquennii rescindi oportere, quo sanè tempore rex senio confectus, parum valuisset: Placet hoc, inquit Hiempsali: nam & tu hoc triennio ab illo adoptatus, in regnum pervenisti. Jugurtha duplici contumelia offensus, eadem Hiempsali machinatus est. *Sab. l. 1. Enn. 6.*

Regredienti ex Hispania Caesari cum omnes principes multorum dierum itinere occurrerent, M. Antonius honoratus ab eo eximie est. Quippe rheda per Italiam vehens assidentem habuit Antonium, a tergo Brutum Albinum, & sororis suae nepotem Octavianum, qui post Caesarem dicitur est. *Plin. in Antonia.*

Praefes Cretae Provinciae ad Taurum philosophum Athenas visendi causa venerat cum patre. Taurus patrem prior loco ut sederet invitavit. Pater vero respondit. Sedit hic portus.

A paterni generis una imago, minime blanda frons, sed omnibus numeris perfecta virtus: quae quidem efficit, ut si quis sanctum & egregium civem significare velit, sub nomine Catonis desinat. *Val. l. 2. c. 5. Martialis Epigram. l. 1. Nesses iocosa dulce cum sacrum Florae, & Martialis Epigram. l. 1. Festoque iustus, & licentiam cuique, & Martialis Epigram. l. 1. Cor in theatrum Casio seve: venisti, & Martialis Epigram. l. 1. An ideo tantum veneras, ut exires?*

L. Crassus, cum omnium candidatorum more circum forum supplex populo ire cogere, nonquam adduci posuit, ut id praesente Q. Scævola, gravissimo & sapientissimo viro, socero suo, faceret. Itaque rogabatur cum, ut se, dum in praetereiret, discederet: majorem reverentiam dignitatis ejus, quam candidae togae suae respectum agens. *Val. lib. 4. c. 5.* At hoc M. Crasso tribuit Cicero de Oratore, iniquis: M. Crassus cum peteret magistratum, solebat in prehensum dimittere a Q. Mutio Scævola, cum ita ei diceret, Se velle esse ineptum. Id erat, petere blandius, quod nisi inepti fieret, bene non posset fieri.

HONORIFICA ORNAMENTA.

CURIOSI SUNT. VESTITUS HONORIS ERGO CONCESSUS.

Pharao Joseph byssina veste, & anulo de sua manu, ob somnii interpretationem ornavit. *Genes. 41.* Antiochus Sedetes Jonathan duci & Pontifici Judaeorum in auro libendi, purpuraque & auro monili utendi, potestatem dedit. *I. Machab. 11.*

Guidanorum uxori, qui iuxta Lotophagos sunt, magni aestimabatur sumbras pellicae ferre plurimas, quas muneribus adulterii fumebant: illaque praecipua dignationis erat, quae pluribus sumbris muneretur. *Alex. l. 5. c. 18.*

Cum egeisset Roma Gallis a Camillo, de novo eam infestaret Livius Posthumus Fidenatum dicator cum multis Latinis, petereque bonum virginum, & viduarum numerum, ad reintegrandum cum Latinis exolecentem amicitiam: tribulantibus reliquis, Tu sola serva id consilii dedit, ut se & alias praestantes forma ancillas, ingenuarum cultu ancillas pro ingenio mitterent. Dimissa, hostes semo vinoque sepulchris interierunt. Ac pro eo beneficio serva sibi habitum dominantium retinuerunt. *Plin. in Romulo & Camillo. Macrobi. lib. 1. cap. 1.*

Prætexta inter insignia Rom. magistratum olim connumerabatur. Postea cum Tarquinio Praefus rex de Sabinis ageret triumphum, filium suum annos quatuordecim natum, quod hostem manu percussisset, & pro concione laudavit, & bulla aurea praetextaque donavit: insigniens puerum ultra annos forem, praemium virilitatis & honoris. Nam sicut praetexta magistratum, ita bulla gestam erat: triumphantium quam in triumpho praeferebant, inclusis intra tam remediis, quae crederent adversus invidiam valentissima. Hinc deductus mos, ut praetexta & bulla in usum puerorum nobilium usurparentur, ad omnes & vota conciliandae virtutis: e similibus, cui primis in annis munera ista conferunt. *Macrobi. lib. 1. Saturn. 6. At Plin. in quest. Rom. Tarquinium puerum adhuc in pugna adversus Latinos simul & Tulcos intulisse in hostes se: & quamvis estium ex equo, irruentes tamen subsistentem animosè Romanos confestim. Ingenti fuga edita hostium, contumaciisque sexdecim millibus, hoc praemii a patre D & rege restitit.*

M. Catoni Uticensi ludos in veste purpurea spectandi facultas a senatu, pro summo honoris gradu, tributa est. *Alex. ab Alex. l. 5. c. 18.*

Izati Adiabonorum regi, rectam tiam gestare, & in aureo lecto cubare permittum, honoris ergo, ab Artabono Parthorum rege: quem satraparum conspiratione regno pulsum, sua intercessione restituerat. *Ioseph. l. 20. c. 2. Aniq.*

Valentinianus III. Imp. mœnia Ravennae ampliavit, & Joannem Episcopum pallio ex candida lana confecto, uti possit, quo tunc solus utebatur Imperator: unde postea cum Romanis Pontificibus Ravennates contendere praestiterunt. *Blondus l. 2.*

TORQUES, ARMILLÆ, ANULI,

Inaures, Cingula.

Require Titulum de Armillis, sub Littera A.

CORONÆ HONORARIÆ.

Quæramur plerumque ex Loco de Coronis, ubi multa in medium proferuntur, per quae hic locus poterit illustrari.

Salvati Florentia ignem sabato sancto recens excusum per urbem olim circumferebant, & volentibus imperiebantur. Nunc vero honor iste, ob conspirationem Francisci Salviani adversus Medicos, ad Priores lanificio prefatos translatus est. *Fulg. libr. 6. cap. 3. & Egnat. libr. 6. cap. 5.*

Fulgosa familie, ob p̄tācharam Petri Fulgosi Genuensis adversus Cyprios classis admirati victoriam; redacta in potestatem urbe Famagusta, honor deferendi pallii ad Minoritas concessus. *Fulg. l. 5. c. 2.*

Animadab Beniamita tunc fuit petatis, ut cum Cartharimenes arcem Domini à Palestinis captam & remissam Bethsamem, Bethfamensis per legatos perentibus, sustulissent, Gabam in domum Animadab eam intulerit, eisque filium Eleazarum ad eam custodiendam consecravit: Eoque in loco per 20. annos mansit, donec eam David rex in civitatem suam intulit. *1. Reg. 7. cap. 1. 2. Reg. 16. c. 5.*

Obedientem Gethaus hospes arce Domini per tres menses, ejus presentia mirum in modum ditatus est. *2. Reg. 16. c. 5.*

Que regna, aut que victoria, vel que doctrina tantum majestatis in homine aliquo posuit, quantum integritas bonitatisque Zenoii Cirtrejo Cyprio philosofo peperit? Apud eum enim, dum Athenis moratus est, civis portatum urbis claves posuerunt, tunc eas esse loco, quam quovis in templo, putantes: certis illi, quamvis peregrino, communem salutem, quam ulli concivium suorum credentes. Cujus vitæ uti populus Atheniensis, quanti à se facta esset, testatur, aurea stana corona insigni donavit. *Fulg. lib. 2. c. 5.*

Hierosolymis in septentrionalis lateris templi angulo arx erat firma & bene munita, opus Alamoneorum, qui gentis sacerdotium simul & principatum tenuerunt, & turrim eam vocaverunt, repositorium stole Pontificiæ, que non promebatur, nisi Pontifice sacris operatore. Hanc Herodes an eo loco asseravit: post cuius obitum in Romanorum potestate fuit, usque ad Tiberii Cæsaris tempora. Ejus principatus Vitellius Syria præf. à Hierosolymitanis honorificentissimo hospitio receptus, quo gratiam eis referret, à Cesare impetravit, ut iuxta sua postulatâ ipsi haberent sacra stole custodiam; fueruntque Judæi ejus custodes, usque ad Agrippæ regis obitum: post quem Cassius Longinus præf. Syriae, & Cuius Fadus Judææ præcurator, jussit eos deinde stolan in Antoniam reponere, dicentes, debere eam in Romanorum potestate esse, quemadmodum & antea. Missi sunt hac de causa legati ad Claudium Cæarem, & deprecari talem necessitatem: ubi invenerunt juniores Agrippam, cui petenti concessa est stole custodia, scriptis de hac re ad Vitellium literis: Olim autem fuerat, sub sigillo pontificis & præfectorum gazophylacio, qui prædite solennis festivitatis adhibent arcis & præditi Romani præfectum, & recognito prius sigillo stolan accipiebant: ac mox peracto festo, reportant in eundem locum, & in conspectu arcis præfecti obfirmatam, deponebant. *Ioseph. l. 15. c. 14. Antiqu. l. 19. c. 14.*

MAGISTRATUS HONORIS

ERGO DATUS.

Ex Tit. Elektionis magistratum, petantur e-
milia, & exempla. Illic Imperii habetur ratio, & illius exemplum. Illic Imperii habetur ratio, & illius exemplum.

Regibus Spartiarum honoris ergo tribuuntur duo sacerdotia: Jovis Lacedæmonii, & Jovis Cælestis. *Herod. libr. 6. c. 22.*

Timoleon Corinthias, cum Syraculas à Dionysii tyranni de liberasset, instituit magistratum honoratissimum annuum, quem Syraculani Jovis Olympii famulatum appellabant. Electioque est primus Callimenes famulus Olympii Jovis: & ita deinceps is honor per manus traditus est: annique à magistratu ejusmodi adnotati fuerunt, usque ad tempora, quæ mutationis Reipub. initium fecerunt sub Romanis. Tunc enim magistratus iste, qui annos plures 300. duraverat, abolitus est. *Diadorus l. 16.*

P. Corn. Scipionem non à vulgari rudimento populus Romanus adilitium candidatum repente contra leges consullem creavit, sed miraculo ejus ductus: quia adolescens in Hispania, ex provocatione dimicans victoriam obtinisset, brevi post apud Carthaginem tribunus militum præclara facta

edidisset: de quo Caro superior exclamavit Hom. illud: *Plur. in Præceptis politicis.*

DIGNITATES QUÆVIS ALLE
honoris ergo concessæ. Puta in præceptis politicis de dignitatibus. Jurisdictionibus. deo illi abbas. Phocas caeso Mauricio Imp. ductus, rogante Papa Bonifacio III. urbem Romam capite esse omnium reliquorum claravit, cum prius esset Constantinopolitana, propter sedem Principis. *Caspianus.*

Anno 451. instante Anatholio Episcopo, decretum Constantinopolitani Concilii confirmatum est, ut sedes Constantinopolitana proximum locum post Romanam teneret. *Segon. l. 13. Imp. Occid.*

Carolus Magnus Imp. in urbe Compostella Ecclesiam Jacobii aliis omnibus superiori fecit, eique subiecit totam terram Hispaniæ & Galliar, ac jussit ei de singulis domibus quatuor nummos annuatim pendere. *Vincenius l. 24. c. 7.*

Zacharias Pontifex constituit, ut cœnobium Cassinense dignitate, vigore & honorificentia, omnia alia monasteria in toto orbe terrarum, sive extrinsea, sive extrinsea, præcelleret, & Abbatii ejus in conventu Episcoporum & Principum, superiore sui Ordinis omnibus sententiam tribuit. *In epistola privilegiali ad Petronacem, in Chronico Cassinensi.*

Justinianus Imp. regem Vandalarum Vitigem captum à Belsario, Patrii honoris donatum, omni humanitate toto biennio, quo supervixit, prosequens, ejus relicta conjugem Mathaldem suum germano Patrio restituit. *Procopius.*

Adelgisus Desiderii Longobardorum regis F. à Carolo Magno everti, ad Græcum Imp. confugit, & classe à Græcis accepta, Patriiæque (qui apud Augustos erat immoratur Ducum titulus) salutatus, ut Carolo Magno par nominis majestatis obijceretur, Byzantio solvit: & in Italian, sed irrito conatu, venit. *Amilius.*

Carolus Magnus Romam veniens, munera Pipini patris non confirmavit modo Leonis III. Pp. sed auxit, Extarchia Ravenennatum sub ditione Pontificis esse jussa. Ferunt, Corsicam insulam & quequid Liguriæ ab urbis Lince malis ante a tabulis everte vestigiis ad Alpes pertinere, Pontificati attributum esse. Et ut beneficentia Francorum aliqua referretur gratia, Carolus à Pontifice Hadriano Patrius creatur: quod ut Magistrum equitum Principatumque viam Ducibus Australianis ad Regnum munitur, ita is tituli honor gradum Carolo ad Imperium datus erat. *Amilius l. 2.*

Clodoveus Francorum rex, ab Anastasio Imp. Græco ob victos Alemannos Idololatras & Vligothos Arianos, Consul & Patrius creatus. Quo tituli majestatis, secundum Cæsarum decus, nullum majus exclusivum fastigium excogitari poterat. *Amilius l. 8.*

Electura.

Venceslao IV. Boemiar regis, ducta in uxorem Juditha Rodolphi Cæsaris F. is honor habitus, ut regalia certis in locis à Cæsaribus in Reges Boemiar proficere, Cæsar solemniter in Principe laum transferret: jubere, in acta publicè referri, Regem Boemiar Electoris Imperii deinceps adnumerandum, Pocillitoris nomine. *Dubravius l. 18.*

Nobilitatis. Nobilitate donati.

Veneti bello Clodiensi decretum fecere, ut quicumque è Populo pecunia, commente, militave Remp. jussisset, fore ut ubi cum hoste debellatum esset, eorum numero xxx. qui omnium optime meriti crederentur, ad Patrium tradicerentur ordinem. Defuncti bello, ad triginta eorum, qui medio ardore belli republicam privato sumptu jurerant, ad Patrium tradidit, reliquis quina millia quotannis dividenda in perpetuum decreta. Qui inter Patrios relati sunt, antequam curiam ascenderent, divinæ rei interfuerunt: inde ad Principis & Patrum conspectum adducti, in aliena verba jurare coacti, fidem & silentium republicæ promiserunt. Jacobum Caballum Venorensem ob strenuam fidamque operum eo bello Veneto nomini navatam, hac quoque dignitate donatum Chinatus scribit. *Sabellicus l. 6. & 7. Decadis 2.*

Equestris

Equestris. Equites creati.

Hic de Equestri dignitate honoraria agimus. De eadem, ut fortium virorum societatis munus quoddam veluti vinculum est, sub loco Amicitia agimus.

Equestris ordinis honos communicari solebat antiquitus iis tantum, qui strenue pugnasset in hostem, crataque præmium fortitudinis: nunc autem recepta consuetudine, reges gladio frictio leviter feriunt humeros eorum, qui hunc ordinem asserant. Et hac sola ceremonia promiscuè multi hodie sunt equites, non ex nobilitate tantum, sed mercatores etiam, & quicumque præ cæteris in honore esse volunt. *Sleid. lib. 2.*

Carolo IV. Rom. Imper. Mediolani Galeacii II. & Barnabæ Vicecomitum fratrum filios, quamquam planè pueros, militari baltheo circa an. Chr. 1354. cinxit, Joannem Galeacium, & Marcum Barnabæ. *P. Jovius in vita Galeacii.*

Imper. Germani Romam coronationis causa profecti, in more habent, ut in ponte Adriani Equites creentædico prius præconem edito, An præsentis adfuit unus vel plures è familia Monachorum Basilienium, Bejerorum Argentinensium, Cameraciorum Vormacensium, Bavarorum. Nam ante hanc ptomulgationem nullus poterat eques creati. *In Herold. in Solone.*

Sigismundus, dum è Vaticano, ubi coronam ab Eugen. IV. acceptat, ad Lateranum, ubi divertebat, proficiscitur, in ponte Hadriani, ut Imperatorem mos, est multos tam Italos, tum Germanos in equestrum ordinem addit. *Plat.*

Carolo IX. Galliar Rex post memorabilem Tarrensem cum Venetis Stortianique copiis pugnam, signis receptis canentibus, insignes aliquot ex suis ob eximiam spectatamque virtutem equestri dignitate donavit. Quod statim fiebat, & maximi honoris loco habebatur, quem rex ipse gladio districto virt fortis humerum leviter percussisset. *Iov. libr. 2. Hist.*

Alfonso Atefianus Dux Ferrariæ, regnante patre Hercule, post adultæ pueritatis annos, quam armis potius, quam Cliteris oblectaretur, spectandi studio in ulteriori Galliam eff profectus, veneratulo regem, ab eo torquem aureum honoris cauti promeruit, ejus scilicet nobilissimi ordinis procerum, qui pro insigni Michaelis Angeli cœcædemem calcantis aureum argumentum collo gestant. *Iov. in Alphonso.*

Galliar Rex Ludovicus XII. anno 1507. contra Genuenies rebelles exercitum ducens, Franciscum Gonzagam, Manruam marchionem, D. Michaelis equestris ordinis ducem pronuntiat, etque vexillum, quod post Ludov. XI. obitum nemini unquam traditum fuerat, dedit. *Guecciard. l. 7.*

Ann. Sal. 1515. tres Sarmatæ, viri apprimè nobiles, in Lusitaniam Emmanuelis regis visiendi majestatis venerunt (illius namque fama illas regiones cum hominum admiratione peragrabit) qui pacem cum Christianis principibus unice cole-ret, nec ullis præmiis allici posset, ut cum illo principe funestissimi belli iocietatem iniret; & tanto studio bellum in Africa, & India contra Christiani nominis hostes compararet, ut eos manibus suis equestris dignitatis insignibus ornare vellet. Sibi namque omnia in armis felicitate evenerat confidebant, si à Principe tam divinis virtutibus ornato eam dignitatem adipiscerentur. Quod petebant, impetraverunt; ipsiusque regis manibus ornati, & instructi, multique munibus affecti in patriam rediere. *Olor. l. 12. rer. Emman.*

Galeacius II. Vicecomes balthici militaris dignitatem Hierosolymis promeruit, quem religionis causa Christi sepulchrum invifurum in Judæam navigasset. Belgico item bello, non secus atque Obto familie princeps superiore sæculo in Syria Viperam (perpetuum gentis insignem) ipse quoque proftrato nobili Belgæ, novum gestamen, iniqui aque & ignis argumento, tanquam optimum ipsolum reulit. Ex ipsa enim clypei pictura ardentes bini torres, pendentes totidem aquarum stilulis, contrarie potestatis facultatem exprimebant, uique adeo specioso emblemate, ut id ad posteros ipsosque Stortianos, in Vicecomitum familiam adoptatos, manarit. A Carolo aurem IV. Cæsare, qui Mediolanum advenerat, solemnibus codicillis titè concessit, in Clâpine Galliar atque Liguriæ imperio, Vicarius esse appellatus, pari dignitatis beneficio fratris Barnabæ communicato. *Iov. in ejus vita.*

Hent. VII. Anglorum Rex anno 1493. Alphonsum Ducem Calabriæ in Collegium equitum Garterii ordinis adici-
L. B. Theat. Vite Human. Tom. IV.

vit, & per legatum suum misit ei Neapolim religiosum amicum. Quod ille summa cum reverentiâ accepit, ac induit, eoque munitus, & per id ab Henrico amicus appellatus, adversus omnia inimicorum arma se tutum fore sperabat. Ea enim causa fuit, quam ob rem per idem maxime tempus in illud collegium venire voluerit, cum audiret Carolum IX. Gallorum regem in se bellum comparare. Atque jam pridem ea consuetudo ferendi auxilii obsoleverat. Anno verò 1508. in collegium equitum cooptavit Guidonem Ubaldum, Urbini Ducem, virum in militari arte probatum, ac Latinis Græcique literis juxta doctissimè eruditum. Petivit id decus Guido, ut Federici patris, longè post hominum memoriam principis clarissimi, qui per Edovard. IV. regem in illum ordinem antea venerat, honorum omnium particeps esset. *Polid. l. 26.*

Ferdinandus Aragoniæ & Siciliæ Rex, antequam Castarugustæ coronaretur, à filio magistro equestrum D. Jacobi, cinctus est ense equestris, & in ordinem illum cooptatus. *Vallab. 3. Hist.*

Franciscus I. Gallor. Rex, victis ad Mediolanum Helvetiis duplici prælio, quam eximii bellatoris laudem adeptus, consensu praulantium procerum, equestri honore dignissimus feceretur, ejus dignitatis ornamenta de manu Bajardi viri fortissimi lubens accepit, quamquam adesent summi duces, qui ex militari cerimonia conceptis verbis, districtoque gladio, quo leviter finister humerus petebatur, eum ornare percuperent. Bajardum enim ideò cæteris prætulit, quod acerrimè inter hostes pugnantem conspexerat, nec majores duces invidioso delectu ad id munus, tanquam inter se dignitate pares, ostendere vellet; simulque Bajardum præclaro judicii sui testimonio celebrem perpetuè sibi devinciret. *Sab. supplem. l. 5. ex Jovio.*

Facta inter reges nova confederatione, Franciscus I. Rex cooptatus fuit in collegium equitum Garterii, & Henricus IIX. in ordinem D. Michaelis, quod est apud Gallos æquè religiofissimum atque decus honorificentissimum, ann. Salutis M. D. XXVII. *Polid. l. 27.*

Ferdinandus Archidux Austriæ, frater Caroli Imperatoris, factus est eques Garterii Ordinis, anno 1524. *Polidorus lib. 27.*

Literaria. Graduum Academicorum tituli honorifici.

Consule Tit. de Academicis.

TRIUMPHUS.

Triumphus species fuit illa, est magnificentiâ & apparatus minimè, pietate tamen & auctoritate omnibus ordinum triumphis longè præferendi, quando post submerfium in mari rubro Pharaonem Agyptium, Israelitæ, præteunt Moyse & Maria ejus sorore, hymnum Deo Opt. Max. cum nabis & organis cecinerunt. *Exod. 15.*

Israëliitarum triumphum, cælo Holoserne, & profligatis Afsyriis, Judith cum mulierum choro præcedente, armatis sequentibus, & omni musicorum genere Dominum laudantibus, atque saltantibus, pete. *ex Judith. c. 15. & 16.*

Liber pater primus victo orbe triumphavit. *Diad. l. 5. & 9. Plin. l. 7. Solinus.*

Apud Rom. Romulus Rex primus omnium, victo Acrono Ceninenfium rege, lauro coronatus, & quatuor equis vectus, ipsa Jovi Feretro consecravit. *Dionys. Eutropius verò primum triumphum Tarquinio Prisco tribuit, victis Sabinis.*

Hoc maxime cognitum est, à condita Urbe ad Vespasianum & Titum, debellatis devictisque nationibus, Romanos viginti supra trecentos triumphos: plures de Gallis, quam de reliquo orbe terrarum. *Alex. ab Alex. l. 6. c. 6.*

Victis ad Solvam Atifiam Tarquinius, P. Valer. triumphans Romam rediit, primusque quadrifugo curru est urbem, ut Plutarchus prodidit, in vectus. L. Junii Bruti collega fuit, quanto maximo potuit apparatu, extulit, laudavitque pro concione. *Sab. l. 7. En. 2.*

L. Lucretius Tricipinus, cum T. Veturio Gemino Consul contra Volcos profectus, nobilem retulit triumphum, eorum nomine propè delecto, x. militibus & cccc. lxx. cæsis: expositaque deinde omnia præda in campo Martio, ut suum quisque per triduum cognatum abduceret: reliqua vendita, cui domini non fuere. *Liv. l.*

L. Atilius Collatinus ante clausum Janum, Sardos tumultuantes vicit, ac de his triumphavit. *Liv. l. 19.*

Furius

A. Furius Camillus, postquam Veios decennali obsidione domisset, de iis triumphavit: Accutus, quod quatuor albis equis triumphasset, ab Apulejo tribuno plebis damnatus est. *Plin. c. 23. de Viris illust. & Plin.*

L. Pappyrus Curior, victis Samnitibus & dedecore ad furcas Caudinas accepto abo, ubi Romam venit, triumphum egit insignem. ac secundum eum, qui ob urbem a Gallis receptam Camillo decretus est, omnium, quos Roma ad id tempus viderat, clarissimum. *Sab. l. 5. En. 4.*

A. Posthumius Tubero, magister equitum, in bello contra Volcos à Q. Cincinnato consule ejus genero dictator dicitur, de eisdem triumphavit. Quam victoriam funestavit mors filii, viri magna virtute: quem, quod injussu ejus occasione rei bene gerendae pugnam inisset, securi percussit. *Liv. lib. 4.*

Cl. Petilius consul, dictator Q. Servilio Hala, de Tiburtibus & Gallis triumphavit. *Alex. l. c. 22.*

Cn. Duillius consul primo Punico bello primus Quiritium navalem triumphum egit. Additus illi insuper honos, ut à cæna revertendi tubicines præcinerent, & incensum funale præferretur. *Sab. lib. 9. En. 4.*

M. Livius & Cl. Nero Coss. victo Hadrubale ad Metaurum, Romam redire anno. 12. secundi belli Punici, permisitque, ut uterque triumphans in urbem ingrederetur. Livius, in cujus provincia res gesta est, ejuque auspiciis pugnavit, curri est invehctus. Nero equo sedens, multo majore celebritate & fama, quam collega, est ante conspectum civitatis præverctus. Eum prædicantem sex dierum spatium civitas longinquinem emensum, atque eodem die cum Hadrubale illum in Gallia dimicasse, quod ab Hannibale in Apulia, velut in proximo federet, timebatur. Itaque unum consulem, pro utraque parte Italiae adversus duos duces, duos potentissimos exercitus satis fuisse, hic præsentia, ibi fama rem Romanam sustinuisse. Iret itaque Livius, curruque sublimis, multijugis, vellet, equis præter ora civium veheretur: unico equo verum per urbem triumphum vehi. *Sab. lib. 5. En. 5.*

M. Atilius Regulus consul, suis Salentinis triumphavit, primoque Romanorum ducum in Africam classe trajecit. *Cæcilius.*

Cæsis ad Clauditium Gallis, M. Marcellus Coss. ex senatusconsulto solus triumphavit. Triumphus fuit reliqua magnificentia, opulencia, spoliis, immanibus corporibus captivorum, cum primis memorabilis. Verum omnium gravissimum spectaculum & rarissimum ipse fuit dux, qui arma barbari Deo tulit. Ex quercus eximie excello & recto stipite detroncato paravit in modum trophæi ferculum. Deligavit ex eo & suspendit in orbem spolia, singula aptè & decorè annexens. Prægressa pompa portans ferculum, descendit curram, ac triumphalem imago ipse illius memoria pulcherrima spectosissimaque invehctus urbem est. Exercitus secutus est, fulgentibus armis ornatus, Jovenique & Imperatorem carminibus compositis, atque cantilenis victorialibus concelebravit. Templum inde ingressus Jovis Feretrii, donum dedicavit tertius & ultimus. Primus optima spolia occiso Ceniensium Rege Acronem retulit Romulus, de Volturno Hetrusco secundus Cornelius Cossus, ab his Marcellus de Gallorum Rege Viridomaro, post Marcellum nemo. *Plin. in Marcell.*

P. Philo proconsul, cui propagatum imperium sæpè fuit, Græcis in Campania debellatis, qui desciverant, de Paepolitans simul & de Græcis triumphum egit. Ei duo novi honores contigerunt, & quod ei consulatu defuncto imperium est prorogatum, & quod jam acto honore triumphavit: quod Romanorum nulli fuerat ad id tempus datum. *Sabellius l. 4. Ennead. 4.*

Q. Martius Tremulus cum P. Cornel. Aruina consul, de Hemicis triumphavit: statuaque ei propterea equestris decreta, quæ ante templum Castoris in foro posita est. *Liv. lib. 9.*

Q. Fabius Gurgus, cum malè adversus Samnites pugnavisset, senatusque de eo removendo ab exercitu ageret: parentis tamen sui, Fabii videlicet Maximi, consilii & opera adjunctus, cæsis Samnitibus triumphavit, C. Pontium Herennium ducentem Samnium in triumphum ductum securi percussit. *Livius.*

Cn. Manlius, contradicentibus decem legatis, in crimen adductus, ac per se causa in senatu, crimine absolutus, de Galloribus magnificè triumphavit. *Alexander libro. 6. capite 3.*

C. Sulpitius Potitus, dictator creatus, reliquias Brenni

apud Præneste stratagemate vicit multis cum agrionibus in E. insidiis collocatis, unde triumphum egit. *Frontin. lib. 2. & Livius l. 7.*

Cn. Ful. Flaccus, & Q. Fulvii frater, cum L. Corn. Scipione consul factus, de Samnitibus triumphavit. *Volater. lib. 16. Anthrop.*

L. Scipio, victo Antiocho ex Asia Romam revertus, triumphans urbem ingressus est. Prælatæ curri signa militaria ex hoste capta cæxvii. Oppidorum simul prælatæ centum xxxvii. Eburnei dentes mille cæxxi. Aureæ coronæ cæxxvii. argenti pondo cæxxvii. millia & cæccxx. Tetradachmum & Cistophorum multa millia: nudi auri Philippi cæx. millia. Argenti facti mille pondo & cæccxxii. Aurei mille pondo & amplius, Regii præfecti & purpurati duo & cæxx. ante currum ducti. Ipse Scipio, ne fratris cognomini cederet, Asiaticus appellari voluit. *Sab. lib. 7. En. 5.*

T. Quinctius Flaminius Romæ clarum de Macedonia egit triumphum, cui præcipuo officio fuit ornamento, quod mille ferme & ducenti Romani cives, qui secundo bello Punico capti, diversaque forte in eam terram deportati ad id tempus in provincia servitutum servierant, in Flamini gratiam ab Achaëis sunt redempti. Hi triumphali pompa haud vulgarem præbuerunt speciem, raris capitibus, Quinctii curram secuti. Prælatæ adhaec cassides, Macedonicae pelæ, farrisæ, auri in fæcti pondo tria millia septingenta. tredem, argenti quadraginta tria millia ducenta septuaginta, aureos Philippicos xiv. millia xxiv. Hæc *Plin.* Livius ait, triiduo triumphatum, ac multo plura in triumpho lata, & in his x. argenteos clypeos, & unum in folido auro. Mille talenta, quæ Philippus debebat, Quinctii auctoritate populus Romanus remisit, societatemque cum ipso rege junxit. *Sab. lib. 6. En. 5.*

L. Pauli Æmilii de Macedoniâ. superbus fuit triumphus. Populus in circis & foro tabulata fixerat, aliique urbis partibus, ubi conspici poterat pompa. Spectaverunt candidis amici lacernis. Omnes ædes factæ apertæ fuerunt, coronarumque & institum plenæ. Multi apparatus & viatores incompositi consuetos & dicurrentes summovebant de medio, vias parentes & vacuas prælabant. Triduum triumphavit. Primo die signa capta, tabulæ pictæ, & cæssi ducentis quinquaginta vehiculis translata, vique hic dies ei spectaculo satis fuit. Secundo die fabrefacta & pulcherrima spolia Macedonia multis plauris transiecta, ære ferroque modo extero fulgentia. Quæ cum perquam artificioso concinnoque essent ordine constructa, temerè & sortibus videbantur congesta, galæa impositæ clypeis, loriceæ odreis, parmæ Græcæ, Thraciæ tragulæ, & phatææ quæ tribus consue hæns, stricteq; gladii ex medio horum eminentes, atque interjectæ farrisæ. Habebant hæc arma convenientes laxamentum, ut mutuo crepitu in transferendo stridorem ederet asperum & terribilem, ac ne spolia devictorum quidem aspici citra horrorem valerent. Plaustra, quibus arma portabantur, viri ter mille secuti. Hi numeros argenteos septingentis quinquaginta vasis pondo centenim octogenum tulerunt singula quater ni portarunt. Alii crateres argenteos, cornu, phialas, poculaque, unumquodque eleganter ad spectaculum compositum, rata magnitudine & craftitudine calaturæ. Tertio die summo manè præcesserunt tubicines. Modos canebant, non quales solent in supplicationibus & pompis, sed quibus classicum canunt, cum militem acunt ad prælium Romani. Secundum hæc victimas, boves domesticos auratis cornibus centum viginti, vitis tertique redimitos, adolescentes duxerunt splendidis cinctis compti: quos pueri comitabantur aureas & argenteas pateras ferentes. Post eos aurum signatum portaverunt in vasa centenum octogenum pondo distributum, similiter ut argentum. Vasa fuerunt lxx x. tribus minus. Hos secuti qui sacram phialam gestabant, quam Paulus sexcentorum pondo auri distinxerat gemma. Hinc, qui Antigonidas, Seleucidas, Thericæos, valaque aurea, quibus uti in convivis Perseus solebat, offentaverunt: quibus curras Perseus successit, cui imposita erant arma ejus, & armis diadema. Mox parvo intervallo ducti liberi regis captivi: quos nutritiorum, præceptorum, & pedagogorum greci lachrymabantur comitabantur. Hi manus ad spectatores tendebant, peristicque suggererant, ut orarent & supplicarent populo. Duo filii erant, filia una, magnitudinem calamitatis suæ per ætatem non capientes: quod mirabiliter ex vicissitudine fortunæ simplicitas eorum erat, ut penè Perseus spectantium oculis præterierit. Ita miseratio in infantes Romanorum defixerat aciem, ac multæ effusæ lacrymæ sunt omnibus mixtum

A mixtum acerbitate & oblectamento fuit spectaculum, quousque prætergressi sunt pueri. Eos eorumque famulitium proximi excepit Perseus palliatis, patris indus crepidis, præ miseriarum mole ad omnia stupens, & attoniti mente similis. Ponè hos amicorum & necessariorum regis caterva, quorum erat lecti oppressus vultus. Quia verò perpetuo defixam in Perseæ aciem habebant, lachrymabanturque, opinionem impriebant spectantibus, illius se lamentari fortunam, de sua sorte minimè laborare. Et quidem miserat ad Paulum deprecaturus, ne in triumpho duceretur. Qui mollitiam hominis & ignaviam haud dubie irridens, In tua id quidem, inquit, & pridem fuit, & nunc manu atque voluntate est possum: significans, præveniendum illud decessu fuisse morte, quam declinans, miser, & spe nescio qua emollitus, sicutum pars manubiotum est factus. Sub his coronæ aureæ quadringentæ numero translatae, dona civitatum, Paulo cum legationibus victoriæ causâ missæ. Inde ipse curru magnificè exornato urbem invehctus est, vir vel sine tanta Imperii pompa spectum dignus, toga picta amictus, & lauri ramum dextra prætendens. Laureus etiam universus exercitus centuriatis & manipulatim ductus currum profecevit: partim carminia, ut triumphis foleat, jocis mixta partim cantilenas victorales, rerumque gestarum laudes canebat in Paulum: quem suspiciebant omnes, & beatum ducebant, nulli invidium bono. *Plin. in Æmilio.*

A. Posthumius Albin. missus ad Jugurtham, posteaquam auro corruptus patriam magno damno affecisset, de Vaccæis & Lulitanis triumphavit. *Liv. l. 64.*

M. Æmilius Scaurus consul, Ligures domuit, & de his triumphavit. *Cæcilius.*

Q. Cæcilius Metellus Numidicus, de Numidæ Rege Jugurtha triumphavit. *Volat. l. 17. Anthrop.*

Memellus, cum exercitu in Cretam missus, totam eam insulam Pompejo Magno (qui eo tempore maris imperium obtinebat, & continentis) repugnante subegit, ac de Cretenibus non tantum triumphavit, sed à rerum in hoc bello gestarum gloria Cretius civium cognominatus est. *Dion. Nicæus.*

Servilius proconsul, de Cilicibus & Iauriis, quod indomita ingenia debellasset, triumphasse fertur. *Alex. lib. 2. C. 6. 27.*

Afinius Pollio, orator celeberrimus, de Dalmatis triumphavit, Salona expugnata, ex qua victoria Saloninum tunc sorte natum vocavit. In cujus honorem Servius dicit, elegam iextam edidisse Virgilium, de tororis de Sibyllini oraculi veribus de Christi Opt. Max ortu. *Euseb.*

C. Marius ipse Calendis Januarii consularum inivit, & triumphavit, atque incredibile Pop. Romano spectaculum exhibuit vincitum Jugurtham, quo vivo nemo speraverat se provinciam illam conquesturum: adeo erit veriusus ad se omni fortunæ accommodandum, magnoque animo misto cum vasticie præditus. Translata in triumpho memorant tria millia & septem pondo auri, argenti non signati quinque millia septingenta, lxxxv. argenti signati, septedecim millia octo & viginti denarios. *Plin. in Mario.*

Regressus ad urbem L. Lucullus ex bello Mitridatico, offendit primum Marcum fratrem ob ea, quæ in quaestura iussu Syllæ gesserat, accusatum. Quo absoluto, in hunc ipsum convertens se Memmius, inflammavit populum: ac, quasi multa intervenisset de preda, traxissetque bellum, suscitavit ei triumphum denegare. Cum vocaretur hic in magnum periculum Lucullus, principes & potentissimi inieuerunt se tribus: multique precibus & contentionebus egre induxerunt populum, ut triumphum ei concederent. Triumphum non, ut aliqui, pompæ prolixitate & rerum traducarum copia portentatum & fastidiosum duxit, sed armis hostibus, quorum erat vis insgens, & machinis regis circum Flamini exornavit, quod erat per se haud contentendum spectaculum. Ipso in triumpho equites cataphracti pauci, curru falcati decem traducti, amici & duces regis sexaginta. Naves longæ rostratæ decem supra centum translatae. Ipsius Mitridatis aurea senum vi valorum argenteorum, aureorum pocalorum, armorum multo lectos aureos portaverunt, sex & quinquaginta argenti tum infectum, alii centum & septem argenti signati paulo minus, vicies septies centena milia drachmarum. In tabulis brevioribus dederat. Præterea, quod militibus, in singulos, non quinquagenos denarios diviserat. Sub his splendidi epu-

lum populo & circumiectis vicis dedit. *Pl. in Lucullo. E.*

Pompejus Strabo, Magni Pompeii pater, qui Novocomum coloniam deduxit, in bello sociali Imperator delectus, de Picentibus triumphavit. *Volat. lib. 18. Anthrop.*

Cn. Pompejus, Strabonis filius, Syllæ partibus adhaerens, in Africa Domitium expugnavit, Jarbam regem cepit, de eoque triumphavit, nondum patientibus annis. Quamobrem ab exercitu Syllæ, Magnus consalutatus est. Idem de Mithridate biduo integro triumphans, urbem ingressus est. Prælatæ sunt curru aurea & argentea vasa, aliaque non pauca preciosiora materia, & in his duo millia ex onyche lapide mirificè fabrefacta, in Mithridatis supellectile reperta. Sunt & argenti aurique signati, viginti talentorum millia. Ducti ante currum Tigrales, senioris Tigris filius & uxor Zofime, septem ex Mithridate geniti, quinque virilis stirpis, due virgines, Orsibaribus & Eupatora, Mithridatis foror, Atales Colchorum sceptriger, Judæorum Rex Aristobulus, Cæcum tyranni, tres Iberum duces, Albanorum duo, Menander Laodiceus Mithridatis præfectus. Qui omnes à Pompejo, pro cuiusque dignitate, donati, domum dimissi sunt, præter Tigranem & Aristobolum: quorum unus post alterum, ut quidam scribunt, sunt Romæ interfecit. Titulus præcedentibus gentes, de quibus triumphabat, significatæ. Hæc fuerunt, Pontus, Armenia, Cappadocia, Paphlagonia, Media, Colchis, Iberia, Albania, Syria, Cilicia, Mesopotamia: præterea, quæ citra Phœniciam & Palestinam incolunt gentes, Judæa, Arabia: Piratæ terra marique debellati. In his captæ arces non minus mille, urbes non intra nongentas, naves octingentæ piraticæ, frequentatæ cultoribus urbes quæ fuerant, desolatæ undequadragesima. Adhæc tabulis ostensum, universi populi Romani vesticalia ante id bellum bis milles fuisse: ex iis verò, quæ populo Romano ipse quaestibus addidisset, redieret milibus quadringentes. In ararium remittit vasa aurea argentumque signatum ad viginti millia talentum; præter ea quæ divisa sunt militibus, quorum qui minimum accepit, præ rata mille & quingentos denarios tulit. Trophæa permulta numero omnibus paria pugnis, quibus aut per legatos palmam tulerat. Quod autem excellentissimum ad gloriam ejus erat, & quod nemo unquam obtinuerat, Romanorum tertium trium ex tertia parte orbis duxit. Nam tres etiam ante alii egerant. Ille primo ex Africa de Domitio, altero ex Europa de Sertorio, tertio hoc ex Asia ducto, quasi de orbe terræ tribus triumphis invehctus est vitus. Etate tunc erat, ut illi volunt, qui in omnibus cum Alexandro illum contendunt & conferunt, quattuor & triginta annis minor, reverè attingebat quadragessimum: qui unquam tum vitam deposuisset, quoad fortunam habuit Alexandri. Ulterius tempus plenas invidiæ amittit ei prosperitates & acerbissima infortunia. *Plin. in Pompejo, & Sabell. lib. 4. Ennead. 6.* Pompejo hoc ferunt præcipuum contigisse, quod è tribus orbis partibus speciosus egerit triumphos: sicut Camillo, qui tres triumphos una egit, triplici victoria ovans.

Ventidius, M. Anton. legatus contra Parthos, cæso Phraate & Labieno, feliciter pugnavit. Atque ita contigit, ut qui puer eo triumpho, quater eodem mense, sed interiectis diebus & rursus semel post superatos Pompeii liberos. Primum & excellentissimum triumphum egit Gallicum, sequentem Alexandrinum de Ægypto, deinde Ponticum de Pharnace: hinc proximum Africanum, non de Scipione, sed de Juba, novissimum Hispaniensem: diverso quemque apparatu & instrumento. Gallici triumphi die Velabrum prætervehens, penè curru excussus est, axe defracto. Ascenditque Capitolium ad lumina, quadraginta elephantis dextra acque sinistra (qui lucernas portant) lychnuchos gestantibus. Pontico triumpho inter pompæ ferula, trium verborum prætulit ritulum, Veni, Vidi, Vici: non acta belli significantem, sicut cæteris, sed celestiter consecrati notam. *Svetonius.* Scipione victo, ut ad urbem est ex Africa regressus, primum hanc victoriam in concione venditavit, commemorans, se tantum subegisse tractum, qui vesticig quotannis penderet frumenti ducentena millia

Dion. & Sab. l. 9. En. 6.

C. Julius Cæsar consecratis bellis, quinquies triumphavit, post devictum Scipionem, quater eodem mense, sed interiectis diebus & rursus semel post superatos Pompeii liberos. Primum & excellentissimum triumphum egit Gallicum, sequentem Alexandrinum de Ægypto, deinde Ponticum de Pharnace: hinc proximum Africanum, non de Scipione, sed de Juba, novissimum Hispaniensem: diverso quemque apparatu & instrumento. Gallici triumphi die Velabrum prætervehens, penè curru excussus est, axe defracto. Ascenditque Capitolium ad lumina, quadraginta elephantis dextra acque sinistra (qui lucernas portant) lychnuchos gestantibus. Pontico triumpho inter pompæ ferula, trium verborum prætulit ritulum, Veni, Vidi, Vici: non acta belli significantem, sicut cæteris, sed celestiter consecrati notam. *Svetonius.* Scipione victo, ut ad urbem est ex Africa regressus, primum hanc victoriam in concione venditavit, commemorans, se tantum subegisse tractum, qui vesticig quotannis penderet frumenti ducentena millia

Dion. & Sab. l. 9. En. 6.

C. Julius Cæsar consecratis bellis, quinquies triumphavit, post devictum Scipionem, quater eodem mense, sed interiectis diebus & rursus semel post superatos Pompeii liberos. Primum & excellentissimum triumphum egit Gallicum, sequentem Alexandrinum de Ægypto, deinde Ponticum de Pharnace: hinc proximum Africanum, non de Scipione, sed de Juba, novissimum Hispaniensem: diverso quemque apparatu & instrumento. Gallici triumphi die Velabrum prætervehens, penè curru excussus est, axe defracto. Ascenditque Capitolium ad lumina, quadraginta elephantis dextra acque sinistra (qui lucernas portant) lychnuchos gestantibus. Pontico triumpho inter pompæ ferula, trium verborum prætulit ritulum, Veni, Vidi, Vici: non acta belli significantem, sicut cæteris, sed celestiter consecrati notam. *Svetonius.* Scipione victo, ut ad urbem est ex Africa regressus, primum hanc victoriam in concione venditavit, commemorans, se tantum subegisse tractum, qui vesticig quotannis penderet frumenti ducentena millia

K 2 medium.

L. B. T. hat. vit & Human. Tom. IV.